UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

fretum donec dimitteret tur-
bas. Et reliq̃. Omelia bede
Quare diſcipulos iuſſit ire
trans fretum poſt ſaturitatez
panum. iohannes euangeliſta
narrat. quia videlicet ventu-
ri erant populi vt vellent eum
regem facere. propterea tulit
ſe de loco ne euz inueniret. ℞.
Iſti ſũt duo vt ſupra. L. viij
Quia em̃ ipſe erat conditor
mundi nolebat ſecularẽ potẽ-
tiam quã hi qui habebant ip
ſo dante vel permittente ha-
bebant. Ipſe nanqꝫ erat ꝺ quo
ſalomon ait. Per me em̃ reges
regnant. Fretuz geneſar a fer
uendo fretum nominat. Ve-
ſpere ſolus erat ibi. ipẽ aſcen-
dit ſolus verticem montis ora
re: et diſcipuli laborabant in
mari in remigando tota no-
cte. ℞. Iſti ſũt due oliue. vꝰ
Non em̃ erant Lectõ nona.
diſcipuli adhuc perfecti idcir
co permiſit eos agnoſcere q̃d
poſſent ſine ipſo vt ampliꝰ eũ
diligerent ⁊ deum elementoꝝ
eum pro certo crederent. Na-
uicula autem in medio mari
iactabatur fluctibus. Naui-
cula que iactabatur ſignifi-
cat eccleſiam concutiendã in-
ter turbines perſecutionum.
Ventus ipſe perſecutiones ab
infidelibus ſunt. ℞. Ciues
apoſtolorum. Ad laudes de
communi apoſtolorum. Su-
per benedictus añ. Petrus
apoſtolus ⁊ paulus. Poſt p̃
num benedicamus de domi
na. Ad horas anti. de laudi-
bus. ij. iij. et. v. ℞. et. ℣. ꝺ apo-
ſtolis. In ſecundis veſperis
Iurauit per totum. Hymnꝰ
vt ſupra. ℣. Clamauerunt.
Super magni. añ. Ecce ego
mitto vos Poſt primum be
nedicamus anti. de dominaz
non plura. Kyliani marty
ris octaua Iulij feſtiue ſicut
de martyribus. In primis ve
ſperis Capl'm Hi ſunt viri.
℞. Iſti ſunt ſancti. Collecta
Deus qui nos annua beati
Kyliani martyris tui ⁊ ſocio
rum eius ſolennitate letificas
concede propicius: vt quoruz
natalicia colimus virtutem ꝗ
qꝫ paſſiõis imitemur. Per do
minum noſtrum Lcõ prima.
Fuit vir vite venerabil'
nomine Kyllena quem
magnum de genere ſcotorum
editum orientalis francia me
ruit habere patronum. Qui
etiaz a puerili etate ſacras di-
ſcens litteras in tantum i eis
profecit vt exinde pontificale
culmen promereretur. Tu au
tem domine: miſerere nobis.
Deo gratias. Lectio ſecũda.
Hic p dei amore patriã parẽ
teſqꝫ deſerens cũ duobꝫ ſocijs
colonato preſbyt'o ⁊ totnano
dyacono limina apl'oꝝ adijt.